

sunt quatuor: ut, Analogia, Anomalia, Numerus & Persona.

Hinc praecepta Grammaticae dicuntur alia esse Analoga, alia Anomala.

Quid sunt Analoga?

Quae communem Regulam sequuntur.

Quid sunt Anomala?

Quae non quadrant ad communem Regulam.

Quot sunt Numeri?

Duo: Singularis & Pluralis.

Singularis, qui unum significat: Pluralis, qui plura.

Quot sunt Personae?

Tres: Prima, Secunda, Tertia.

Regulae de Personis.

Omnia Nomina, Pronomina & Participia sunt tertiae Personae, nisi in Vocativo Casu, aut cum Ego & Tu ponantur. Nam

Ego est prima Personae.

Tu & omnes Vocativi sunt secunda Personae.

Quae cum Ego & Tu ponuntur, horum Personam induunt: ut, Ego Virgilius, Nos poma.

A 3

DE